

Joannis Alberti Regis confirmatio Ju-
riam et libertatum Terrarum Prussiae.

Datum in Thorun sabbatho in Vigilia
S. et Andreæ Apostoli Anno 1494 Ex
Archivo Regni Lib. 8. sub Lit. H. fol. 132.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Joannes Albertus Dei gratia Rex Polonia
Magnus Dux Litvanie Rusie Prussiae Domi-
nus et haeres &c. significamus tenore presentium qui-
bus expedit universis. Quomodo revolentes in animo
qua, quantaque puritatis affectione et integra fidei con-
stantia tam Praelati spirituales quam saeculares,
Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Com-
munitatesque Civitatum et oppidorum, ceterisque subdi-
ti et incolae Terrarum Prussiae, tam spirituales quam
saeculares, Personam nostram venerati sunt atque dilexerunt
ut tandem decedente felicis memoriae serenissimo Prin-
cipe Domino Casimiro &c. Genitore et Praedecesso-
re nostro Charissimo. Nos tanquam verum heredem
et legitimum Successorem, ipsis in Dominum et Re-
gem concordibus voluntatibus, una cum aliis Regni
nostri Consiliariis, Dignitariis, Officialibus, et cu-
juscunque status conditionisque subditis et incolis, ele-
gerunt et assumpserunt, sacro quoque Regni diadema-
te insignaverunt. Cum igitur, altissimo dirigente, votis
eorundem incolarum Regni nostri, in nostram Maiestatem
deliberate concurrentibus, paternum sacri Regni Po-
lonia

lonie nacti sumus solium, dignum ea propter duximus,
in ipsos subditos incolarumq; oculos pietatis nostrae aperire,
et eis hanc, quam actu et opere ututi athleta fideles ex-
hibuerunt, sinceritatem et constantiam gratitudine no-
stra, ut dicit, compensare, unde ex certa nostra scientia,
præhabitaq; sufficienti deliberatione, animo benivolo et vo-
luntate nostra ultronea, ipsis Prelatis, Comitibus Ba-
ronibus, Dignitariis, Officialibus, Militibus, Proce-
ribus, Nobilibus, Civitatibus, et earundem Communi-
tatibus ceterisq; subditis et incolis Terrarum Prussiae, cu-
iuscunq; status conditionisq; existant, quaq; ipsorum
jura et privilegia, tam Ecclesiastica, quam secularia,
quocunq; a Diva memoria Regibus, Principibus et
abolim Genitore et Prodecessoribus nostris super qui-
buscunq; bonis et libertatibus habere dinoscuntur et
habent, sub quibuscunq; datis, in vita ipsorum emana-
ta et concessa, emanataq; et concessa, jura et privilegia
inseverentes, in omnibus eorum positionibus, condi-
tionibus, articulis universis ratificamus, gratificamus,
approbamus, et presentium litterarum patrocinio con-
firmamus, decernentes eadem eademq; robur habere per-
petua firmitatis, promittentes insuper in verbo nostro Re-
gio, et tenore presentium spondentes, eadem ipsorum jura
libertates et privilegia per omnia rata grata habere, et in-
concusse, jugiter, inviolabiliter, et perpetuo iustitia me-
diante gratiore conservare. In cujus rei testimonium &c.
Datum in Thorun sabbatho in vigilia S. et Andrea et
postoli, Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo
quarto Regni vero nostri Anno tertio. Presentibus
Reverendis in Christo Patribus Dominis Czeslao de Ku-
rozwanki Electo Confirmato Vladislavicensi, et Regni no-
stri

Renovatio Inscriptio
 stri Cancellario, Ulrice Poznanicensi, Luca Varnicensi
 Episcopis, nec non Magnificis Generosis et Nobilibus
 Ambrosio Pampowski Sivadicensi, Mathia de Stuzewo
 Brestensi, Nicolao de Baysen et Mariburgensi, Caro-
 lo de Felden Culmensi, Nicolao de Wolikow Pome-
 rania Palatinis, Nicolao de Straczow Wisliciensis, Jo-
 anne Podlodowski de Przytyk Radomicensi, Petro
 Myszkowski Rozpivicensi, Nicolao Baudzina de Lud-
 branca Spiczimivicensi Castellanis, Petro Kmittha de
 Wisnicze Regni nostri et Raphaele de Leszno Cuvia-
 no et Marschalis, ceterisque Dignitariis, Consiliariis et
 Curicibus nostris fide dignis testibus. Datum per
 manus Venerabilis Gregorii de Ludbranca scarbimi-
 nicensi et S. Floriani in Kleparis Ecclesiarum Praepo-
 siti, Regni nostri Vicecancellarii sincere Nobis di-
 lecti

Relatio ejusdem Venerabilis
 Gregorii de Ludbranca Re-
 gni nostri Polonia Vicecanel-
 larii.

et gratiore con-
 cepimus, una cum littera precorump abla-
 tis, ubi et eadem littera continetibus
 ammissis. Nobis tandem humiliter
 precorump supplicationem, ut et pra-
 gati infortunij, et una devoto commu-
 nati, ubi eandem litteram super propo-
 sito Decretum proferre inuenerit et
 per nra habere dignationis. Quod
 et merito facere non teneamus, alio

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is faint and difficult to read due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. The script appears to be a historical form of a Latin-based language.

An